M0007155: Manuscript page from Chirurgia Albucasis

Publication/Creation

30 July 1940

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/pa7dunj3

License and attribution

Wellcome Library; GB.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

arteria non antiqua apparet.

De cauterizatione emigranee antique.

Quando curas emigraneam cum eo quod diximus de curatione precedente et quod diximus in divisionibus egritudinum. et non confert curatio et vides egritudinem que non sufficit ei quod diximus de cauterio primo cum medicina. aut cautio cum igne. tunc oportet ut ignias cauterium cultellare donec albificetur. postquam signas super locum doloris cum linea cuius longitudo sit medietas longitudinis digiti. aut quasi illud et depone manum tuam una vice et strige tuam donec incidas arteriam et pervenias usque ad os. Verumtamen necesse est tibi ut caveas a continuatione mandibule que movetur apud masticationem et ad lacertum aut nervum qui movet ipsam et accidat spasmus. Et esto super custodiam et cautelam a fluxu sanguinis arterie que abscisa est. In abscisione est timor et periculum ei qui ignorat illud quod facit et non est studiosus expertus et dimittit operationem cum eo in primis et ego veniam cum rememoratione regiminis fluxus sanguinis accidentis ex arteria secundum modum suum et in loco suo huius libri. Quod si vides egritudinem que non sufficit ei hec cauterizatio et vides corpus infirmi tollerans cauteriza ipsum in medio capitis sicut narravimus et cura illud donec sanetur. et si vis administra cauterium quod diximus in capitulo extractionis arterie cum cauterio habente duos cultellos. est enim cauterizatio melior hac et magis conferens.

De cauterizatione doloris aurium.

Quando accidit dolor in aure ex frigore et curatur cum solutivis et reliqua curatione quam diximus in divisione et non removetur dolor tunc igne cauteriza illud quod nominatur punctuale cuius hec est forma.

Deinde puncta cum eo postquam ignitionem in circuitu auris totius sicut revolvitur. aut in circuitu utriusque simul si dolor est in utrisque. Et elonga te cum cautio a radice auris parum postquam signaveris cum incaustro loca. Et sit cauterium quantum decem punctorum in omni aure et quasi illa tertia loca. donec sanentur.